Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

quesumus sanctitas tua et magnificencia tua
in sanctificatione eius vt sanctificetur in nobis.
omnis nanqz vlterior mora futura dispendiosa
et pernicio sa est. Quid enim amplius expectatur
aut quousqz animam nostram tollis? Nam in
mora tam marmi temporis nimium est pre
iudicium. et frustra expectatur euentus. qui
nihil boni potest operari. Imputanda quoqz
est materia dilationum. laborum et expensarum
iactura releuanda. nimis diuturne expectationi
populorum satisfaciendum est. que tali ac ta
to munere auidissime memoriterqz letabitur.
Iam quod differtur aufertur. Ecce multiplica
ti sunt intercessores instantes. et precipue illu
strissimus Sigismundus archidux austrie. ac
reuerendissimus dnus cardinalis sancte lucie
in silice episcopus patauiensis. et loci ipsius
ordinarius. qui litteris suis miraculose gratia
non solum aliorum relatione. sed sui corporis
experiencia testatur. Quesumus ergo ac sup
pliciter exposcimus. vt quod iuste petimus mul
tiplicatis intercessoribus tantis gratanter clar
giaris. Non ex tristicia vel ex necessitate. hila
rem enim datorem diligit deus. Hanc etiam
sibi quodammodo nobilitas legem ponit. vt celer
se quod sponte tribuit extimet. et nisi in beneficiis
suis creuerit. nihil se prestitisse putet. c.
i. de cons. Hamet iurta verbum domini beatius
est dare quam accipere. xvi. q. i. predicator.
et. c. cum martha. de cele. miss. Quod ergo
tantem facturus es fac cito. vt piissimi Leopoldi
meritis et precibus iuuemur omnipo
tentem. et congrua deuotione letemur. et vt
amplius gaudeat in celis exercitus angelorum
et laudantes benedicant dominum. deuotio po
pulorum diuinusqz cultus augeatur in terris. vtq
meritis bonorum remunerentur. fructusqz magni
in dei ecclesia multiplicentur. et fideles omnes